

ONTOLOGIA.

CAP. I.

De generalibus quibusdam obseruationibus.

§. 1.

Cum ontologia sit scientia (Pr. §. 1.); haec vero claritatem suorum requirat obiectorum: notiones, quae in ontologia traduntur, sunt declarandae ac ad distinctionem prouehendae; iudicia vero, quae non sunt indemonstrabilia, suis instruendae sunt rationibus, quo nexus illorum cum principiis distincte pateat.

Ontologia
requirit
ideas
et
iudicia
distincta.

§. 2.

A recepta terminorum significatione recedere non licet, nisi vrgeat ambiguitas (Log. §. 251.). Quare si qui termini ontologici constantem in communi sermone significatum habent: hic erit retinendus ac determinate concipiendus (conf. Log. 207.).

Quando
retinendi
hic
sint
termini
vulgares.

§. 3.

In scientiis licet nouas voces fingere, si cognitionis claritas, quo nouae
B 2 faci-

et
technici
scholasti-
corum.